

Serenità di Senofonte e Anassagora

Xenophon, cum sollemne sacrificium peracturus esset, cognovit e duobus filiis maiorem natu, nomine Gryllum, apud Mantineam in proelio cecidisse. Quamvis magno dolore affectus, deorum cultum non omisit, sed tantummodo coronam deposuit qua ornatus erat. Postea, percontatus quonam modo occidisset, cum audivit eum fortissime pugnans interisse, coronam capiti reposuit.

Ne Anaxagoras quidem *supprimendus est* (è da passare sotto silenzio): audita namque morte filii: «Nihil mihi», inquit, «inexpectatum aut novum nuntias: sciebam enim illum ex me mortalem natum esse».

Valerio Massimo

a. comprensione del testo (1-4); b. conoscenza delle regole (1-4); c. resa in italiano (0-2)

La sconfitta dei Germani

Acie triplici instituta et celeriter itinere confecto, Caesar prius ad hostium castra pervenit quam quid ageretur Germani sentire possent. Qui omnibus rebus subito perterriti, in dubio erant utrum copias adversus hostem ducere, an castra defendere, an fuga salutem petere praestaret. Quo loco qui celeriter arma capere potuerunt paulisper nostris restiterunt, at reliqua multitudo passim fugere coepit.

Germani, post tergum clamore audito, cum suos interfici viderent, armis abiectis signisque militaribus relictis, se ex castris eiecerunt.

Cesare, *De Bello Gallico*

a. comprensione del testo (1-4); b. conoscenza delle regole (1-4); c. resa in italiano (0-2)

Chi è il più beato degli uomini?

Solon, unus ex septem sapientium, cum Sardes olim venisset, in hospitio regis Croesi fuit. In eius regia potuit videre quanta divitiae essent, quantus splendor, quae magnificentia illius regis. Cum haec omnia Soloni ostendisset, tum Croesus, qui putabat se beatissimum omnium esse, ex eo quaesivit num quem beatiorem se vidisset. Cui philosophus: «Equidem Tellum Atheniensem beatiorem te vidi».

Rex, valde miratus, quaesivit quisnam esset Tellus ille quem beatiorem se putaret. Cui Solon: «Ad vitam beatam parum valent divitiae, quibus certe te abundare video».

a. comprensione del testo (1-4); b. conoscenza delle regole (1-4); c. resa in italiano (0-2)

Serenità di Senofonte e Anassagora

Xenophon, cum sollemne sacrificium peracturus esset, cognovit e duobus filiis maiorem natu, nomine Gryllum, apud Mantineam in proelio cecidisse. Quamvis magno dolore affectus, deorum cultum non omisit, sed tantummodo coronam deposuit qua ornatus erat. Postea, percontatus quonam modo occidisset, cum audivit eum fortissime pugnans interisse, coronam capiti reposuit.

Ne Anaxagoras quidem *supprimendus est* (è da passare sotto silenzio): audita namque morte filii: «Nihil mihi», inquit, «inexpectatum aut novum nuntias: sciebam enim illum ex me mortalem natum esse».

Valerio Massimo

a. comprensione del testo (1-4); b. conoscenza delle regole (1-4); c. resa in italiano (0-2)

La sconfitta dei Germani

Acie triplici instituta et celeriter itinere confecto, Caesar prius ad hostium castra pervenit quam quid ageretur Germani sentire possent. Qui omnibus rebus subito perterriti, in dubio erant utrum copias adversus hostem ducere, an castra defendere, an fuga salutem petere praestaret. Quo loco qui celeriter arma capere potuerunt paulisper nostris restiterunt, at reliqua multitudo passim fugere coepit.

Germani, post tergum clamore audito, cum suos interfici viderent, armis abiectis signisque militaribus relictis, se ex castris eiecerunt.

Cesare, *De Bello Gallico*

a. comprensione del testo (1-4); b. conoscenza delle regole (1-4); c. resa in italiano (0-2)

Chi è il più beato degli uomini?

Solon, unus ex septem sapientium, cum Sardes olim venisset, in hospitio regis Croesi fuit. In eius regia potuit videre quanta divitiae essent, quantus splendor, quae magnificentia illius regis. Cum haec omnia Soloni ostendisset, tum Croesus, qui putabat se beatissimum omnium esse, ex eo quaesivit num quem beatiorem se vidisset. Cui philosophus: «Equidem Tellum Atheniensem beatiorem te vidi».

Rex, valde miratus, quaesivit quisnam esset Tellus ille quem beatiorem se putaret. Cui Solon: «Ad vitam beatam parum valent divitiae, quibus certe te abundare video».

a. comprensione del testo (1-4); b. conoscenza delle regole (1-4); c. resa in italiano (0-2)